

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Frisiae Orientalis noua et exacta descriptio

Michaelis, Laurentius

[Antverpiae], 1579 [erschiene 1593]

[urn:nbn:de:gbv:45:1-365092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-365092)



FRISIAE ORIENTALIS
noua et exacta descriptio
Auctore Laurentio Michaelis
ab Hagen Karchen anno
1579
Gerar de Iode
excudebat

Color calibration strip and ruler. The ruler shows centimeters from 0 to 20. The color strip includes patches for Blue, Cyan, Green, Yellow, Red, Magenta, White, and Black. Text on the strip includes 'Farbkarte #13' and 'B.G.'.

GE IX A 12,69

FRISIA ORIENTALIS.

Emdenam & Aurichum. at pagos tam frequentes, ut sepe vix lapidis iactu inuicem distent. Alij duo Comitatus huic subsunt, prior Efcns. alter leueren. Metropolis Emdena, ad Amasii fluminis ostium, Principum sedes, Emporium istius tractus celeberrimum, Portus oportunitate, quem tam capax profundumq; habet, ut nauigia qua quidem Oceanus maxima vehit, passis velis admittere possit. amplitudine opum, aedificijs publicis priuatisq; ciuium multitudine & incolarum, non Germania modo, sed Europa innotuit. Ab-

ra vrbis Aurichum est, multis Nobilium à curijs & turbbi incundissimus recessus. silua id faciunt & nemora, in quibus aut aucupio, aut venatione sese exercent. Gens diues est, Mercatura & opificid dedita. Vestitus per quam honestus: adeo ut Rustici vix ab Vrbanis distreperent. quin & mulieres argenteis auratisq; nodulis comam exornant, multisq; lammulis & bullis vestem praeaurant.

HOLLAN-

FRISIA ORIENTALIS.



Rodericus Imperator, eius nominis III. Anno à Salute cio. cccc. lxx. cum varijs Praefecturis hac Prouincia reuertitur, Comitatus titulo auxit, totamque Vadalricho cuidam attribuit. Inde ad nostrum hoc usque aenum continuò Comites suos habet. Frisia autem Orientalior cur vocetur hodie, alia causa nulla esse videtur, quam quòd Frisij contermina. nò enim locum huic Frisij olim, sed Chauci tenuere, quos duplices commemorant Plinius & Prolemas, Maiores nimirum, Minoresque illos, inter Visurgim & Albim amnes, hos vero, inter Amasium eundemq; Visurgim ponunt. Atqui nunc Ostfrisij proprie sunt Amasii accolae. Chaucos igitur fuisse, clarum puto. Sed Lubet Veterum scriptorum testimonij tenui aut alterum de hisce Chaucis adscribere: ut vel hinc intelligi possit, nò caeli intemperie, nò humi naturae accidere, ut solum infecundum sit, sed hominum potius vitio aut moribus.

Hoc nostro aeo, quannam terra uberius praebeat mortalibus alimenta? nò incolis modo, sed vicinis, alijsq; exteris, at olim quam infornis, quam tristis cultus, adpectuque, quam misera incolarum habitatio! Verum Plinium audiamus, qui miseriam istam lib. 10. Cap. 1. ita narrat: Sunt verò & in Septentrione nobis gentes vixae Chauriorum, qui Maiores Minoresq; appellantur, vasto ibi meatu, perpetuis bis dierum noctiumque singularum interuallis effusus in immensum agitur Oceanus, aeternam operiens rerum naturae contouersiam: dubiumque, terre sit, an in parte maris. Illic misera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia structa manibus ad experimenta altissimi aestus, calis ita impositis: nauigantibus firmes, cum integant aquae circumdata; naufragis verò cum recesserint: fugientesque cum mari pisces circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte alijs vt finitimis, ne cum feris quidem dimicare contingit,

omni procul abacto frutice. Vlna & palustris iunco funes neunt ad pretexenda piscibus retia: capumque manibus lutum, ventis magis quam Sole siccantes, terra cibos, & rigentia septemtrione vilicera sua vrunt. Potus ijs non nisi ex imbre seruato scrobibus in vestibulo domus. Adit miraturusq; absolutissimus rerum naturalium scriptor, indignari hanc gentem, si a Populo Romano vincatur, & seruitutem eam arbitrari. Quasi vero potius non sit, vel sic viuere, modo liberè, quam in Hesperidum hortiis, sub iugo Victorum. Et per fidem tuam Plini, nonne innocenter horum vita est, qui suis sedibus contenti, nihil vltra expetunt, quam qui aut gloriae causa aut dominationis (vrbis tuas vtar) caedibus laxiorem faciunt terram, conterminos pellunt, furtoque vicini cespitem suo solo affodiunt? Ira est profecto, & grauissimus scriptor Tacitus in parte fatetur, dum de Chaucis sic loquitur: Populus inter Germanos nobilissimus, quique magnitudinem suam malit iustitia tueri, sine cupiditate, sine impotentia, quieti secretique, nulla prouocant bella, nullis raptibus aut latrocinijs populantur. Idque praecipuum virtutis ac vinum argumentum est, quòd superiores agant, non per iniurias adsequuntur. Prompta tamè omnibus arma, et si res poscat exercitus, plurimum virorum equorumque, & quiescentibus eadem fama. Vera laus & quae hodieq; in gentem quadret. Ceterum ydem scriptores si iam viuere, Italiae suae essent, & quodammodo deficienti, eandem felicitatem precarètur, quae nunc huic solo est. Frugifera-rum arborum olim impatientis? nunc omne ferre genus arborum producit. non frumenti, non aliarum frugum mentio: iam vbi maior libertas? at non pecudem habebant, non lacte alebantur: vbi iam maior copia, & quis potior cibus postremo si cum feris non dimicarent; hodie aliter docet crebra Nobilium venatio. ut hinc documentum capi possit, ac quid industria mortalib. praestet, & labor, & diligentia. Habet hic Comitatus duas vrbes muro cinctas, Z z z Emdenam